

## Exodus

29

Explicit liber Genesis. Incipit liber hel  
lesinoribz que nos Exodi dicimus. Ca-  
pitulum I

**N**ec sunt no-  
mina filiorum israel-  
qui ingressi sunt i egyptum cum iacob. Singuli cum domibus suis introierunt. Ruben-simeon-leui-iudas-yfachar-zabulon et beniamin-dan et neptalim: gad et aser. Erant igitur omnes anime eorum qui ingressi sunt de femore iacob septuaginta. Ioseph autem in egypto erat. Quo mortuo et vniuersis fratribus eius omniqz cognatione sua: filij israel creuerunt et quasi germinantes multiplicati sunt: ac roborati nimis impleuerunt terram. Surrexit interea rex nouus super egyptum: qui ignorabat ioseph. Et ait ad populum suum: Ecce populus filiorum israel multus et fortior nobis est. Venite sapienter opprimamus eum: ne forte multiplicetur: et si ingruerit contra nos bellum addatur inimicis nostris: expugnansqz nobis egredietur de terra. Preposuit itaqz eis magistros operum ut affligerent eos oneribus. Edificaueruntqz vrbes tabernaculorum pharaoni: phiton et rameses. Quotqz operiebant eos: tanto magis multiplicabantur et crescebant. Oderantqz filios israel egyptij: et affligebant illudentes et inuidentes eis: atqz ad amaritudinem perducebant vitam eorum operibus duris luti et lateris: omniqz famulatu quo in terre operibus premebant. Dixit autem rex egypti obstetricibus hebreorum: quatuor vna vocabatur sephora: altera phua: precipiens eis: Quando obstetricabis hebreas: et partus tempus aduenerit: si masculus fuerit interficite eum: si femina reseruate. Timuerunt autem obstetrices deum: et non fecerunt iuxta preceptum regis egypti: sed

conseruabant marces. Quibus accessitis: ad se rex ait: Quidnam est hoc quod facere voluistis: ut pueros seruarietis? Que responderunt: Non sunt hebreę scit egypcie mulieres. Ipse enim obstetricandi habent scientiam: et priusqz veniamus ad eas pariunt. Bene ergo fecit deus obstetricibus: et creuit populus confortatusqz est nimis. Et quia timuerunt obstetrices deum: edificauit eis domos. Precepit ergo pharao omni populo suo dicens: Quicquid masculini sexus natum fuerit: in flumen projicite: quicquid feminini: reseruate.

**E**gressus est post hec vir de domo leui: et accepit uxorem stirpis sue: que concepit et peperit filium: et videns eum elegantem abscondit tribus mensibus. Cumqz iam celare non posset: sumpsit fiscellam scirpeam: et linuit eam bitumine ac pice: posuitqz intus infantulum: et exposuit eum in charrecto ripe fluminis stante procul forore eius: et considerante euentum rei. Ecce autem descendebat filia pharaonis ut lauaretur in flumine: et puelle eius gradiebantur per crepidinem aluei. Que cum vidisset fiscellam in papyrione: misit vnam famulabam suis: et allatam aperies: cernensqz in ea paruulum vagientem: misit illi ferram: et de infantibus hebreorum est hic. Cui soror pueri. Uis inquit ut vadam et vocem tibi mulierem hebream: que nutrire possit infantulum? Respondit: Uade. Perrexit puella: et vocauit matrem suam. Ad quam locuta filia pharaonis: accipe ait puerum istum: et nutre mihi: ego dabo tibi mercedem tuam. Suscepit mulier: et nutreuit puerum: adultusqz tradidit filie pharaonis. Que illa adoptauit in locum filij: vocauitqz nomen eius moyses dicens: quia de aqua tuli eum. In diebus illis postqz creuerat moyses: egressus est ad fratres suos: viditqz afflictionem eorum: et vitum